

dem repugnant, quibus atque natura ipsa declarandi, & interpretandi facultas efficaciter resistunt, ut ex considerationibus, & motibus eiusdem Supremi Consilij Regij hæcenus ostendimus, quarum qualibet efficacem, & nimis sufficientem præstat præsumptionem ad redarguendum dictas declarationes, & apocryphas, atque suppositas indicandum.

29 Quæ omnia veteris fulciuntur ex Motu proprio Gregorij XIII. † quem ad litteram addaximus supra hac 2. part. cap. 6. §. unico à principio, qui apertissime ostendit sensum litteralem Concilij Tridentini in dict. cap. cause omnes; disponentis subscriptionem propriæ manus Sanctissimi esse iuxta illud apponendam in ipso rescripto, & litteris auocatoris primæ instantiæ, & litteris auocatoris primæ instantiæ, que mittuntur ad partes Iudicibus Delegatis, ibi: *Exequi per diversas in forma Brevis, & sub annulo Piscatoris confectas litteras mandet, &c. Nulla & invalida, nulliusque roboris, vel momenti esse, nec attendi debere contentant sub prætextu quod in Decreto Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 20. dispositum fuerit, quod cause omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet, &c. Vel quas ex urgenti rationabilique causa iudicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signatura, sua eius manu propria subscribendam, &c. Litteræ quoque in forma Brevis annulo Piscatoris munita non minoris sint efficacitæ quam rescripta signatura Rom. Pontif. eius manu propria subscripta, &c. Quæ verba clarè indicant verum, & litteralem sensum Concilij Tridentini, non supplicationem, sed litteras, Brevia, & rescripta ex ea confecta esse subscribenda.*

30 Ex hac igitur Senatus firma praxi, & fundamentali resolutione † inferitur primò ad ea quæ in §. 1. & 3. hoc cap. 30. resoluimus circa modum probandi in Senatu subscriptionem Sanctissimi, siue per ipsam supplicationem originalem, siue per eius exemplum, alias legitime, & authenticè desumptum, pro nunc essent, cum non sufficiat ipsa supplicatio subscripta, nec eam admittat Senatus hic Supremus, donec per verum & authenticum testimonium sibi non constiterit præfatas declarationes emanasse à S. Congregatione Cardinalium, sub quarum authenticæ fidei suppositione verà existentia illa omnia disputauimus, & resoluimus que per se esse cessabant dum suppositæ & apocryphæ timentur, quia infecta primitiua infecta censentur derivatiua, & sic omnino in hærendum litterali sensui Trident. quæ pro forma nouam induxit probationem † subscriptionis per ipsa rescripta, ita vt aliàs omnis probationis modus sit penitus exclusus, provt abundè scripsimus sup. cap. 6. à num. 15. cum seqq. & per totum caput hac 1. p.

31 Inferitur secundùm ad ea, quæ diximus in §. 4. hoc eodem cap. 30. Quòd si in monitorialibus ad partes † missis inferatur rescriptum auocatorum primæ instantiæ subscriptum propriæ manus Sanctissimi omnino, in Senatu illis fides danda, & penitus neganda causæ remissio ad Ordinarium, cum legitime probata dicatur ad hunc effectum subscriptio ipsa propriæ manus Sanctissimi. Sicque que ibidem resoluimus de supplicatione subscripta inserta de verbo ad verbum, quæ pro nunc ex supradictis cessant, intelligendum de rescripto ipso subscripto, sic

inserto de verbo ad verbum in monitorialibus, nempe, vt fidem faciant in Senatu ad remissionem impediendam Ordinario.

CAPVT XXXI.

Inhibitiones Rotaes, an, & quibus casibus siue in prima, alijsve instantiis Tridentini decreta dicantur offendere, vt in Senatu litteræ retineantur.

SVMMARIVM.

Inhibitiones Rotaes ob falsitatem narratam per impetrantes commissionem in gentia offerre damna Reipublica, quotidie experitur, n. 1.

Inhibitiones in prima instantia ita subsistit Concilium Tridentinum, sicut & auocaciones ex identitate rationis, n. 2.

Interlocutoria, à quibus in prima instantia licet appellare, quales sint iuxta Concilium, num. 3. remissive.

Processus ab alio, quam Ordinario gestus in prima instantia, nullus est ex defectu iurisdictionis, num. 4.

Item inhibitiō per necessariam consequentiam, ibidem.

Inhibitiō in qualibet instantia expedita omnia forma iuris, est nulla, & non arctat, n. 5.

Inhibitionis ante expeditionem citatio partis requiritur, num. 6.

Inhibitiō, vt expeditur in via executionis, & aliis casibus in appellabilibus, specialis cognitio requiritur, an appellatio sit admittenda, n. 7.

Inhibitionibus expediendis iuris forma fuit expressè renouata à Concilio Tridentino, n. 8. & 9.

Inhibitionis expedita contra formam Concilij retentio datur in Senatu, n. 10.

Casus defectio refertur, quo Senatus decreuit inhibitionem peccantem in forma Tridentini & imitatam, & ad Romam delatam esse irubendam originalem intra terminum sub pena, n. 11.

Stylus Rote induxit, eius inhibitiones etiam minus Canonice expeditas causare attentatam, n. 12.

Stylus contra formam inhibitionibus datam introductus expressè reprobat à Tridentino, n. 13.

Formam inhibitionibus datam esse obseruandam in appellationibus ad Sedem Apostolicam emissis decreuit S. Congregat. n. 14.

Stylus Rote non obseruatur extra eam in partibus, num. 15.

Stylus Rote contra Tridentini clarum decretum Senatus non patitur, n. 16.

Inhibitiō Rotalis in causa matrimoniali contra pauperem, aut aliam miserabilem personam in qualibet instantia retinetur à Senatu, ne illa extra prouinciam cogatur litigare iuxta Trident. num. 17.

In Trident. loquente tantum de paupere comprehensa intelligitur quatuor miserabilis persona ex identitate rationis, n. 18.

Ratio subintellecta habetur pro expressa in dispositione, quando vna tantum redi potest, que omnes effectus operatur, ac si exprimeretur, num. 19.

Pauper & miserabilis persona sunt casus à iure aquo

equiparati, ne iniuri extrahantur à prouincia, num. 20.

Miserabilium personarum appellatio veniunt pupillus, vidua, senes decrepiti, n. 21.

Miserabilis persona sicut potest declinare proprium forum, & adire Principem, ita è conuerso, n. 22.

Miserabilis persona non possunt per rescriptum Principis extrahi à suo domicilio, nisi in eo fiat expressio mentio miserationis, n. 13.

Duo casus quando sunt equiparati à iure, nouiter dispositum in vno, idem in alio censetur dispositum, n. 24.

Equiparatorum eadem est dispositio, & iudicium num. 25.

Etiã in odijs, ibid.

Concilium Tridentinum fauens pauperi, ne in causa matrimoniali in qualibet instantia extrahatur à prouincia comprehendit quolibet miserabilem personam ex identitate rationis, n. 26.

Casus, quos illic rationis identitas, non sunt quoad iuris dispositionem separandi, n. 27.

Plures casus quando habent eandem rationem licet de vno dumtaxat fiat mentio in dispositione, videtur fieri exemplariter, non restrictiue, num. 28.

Exceptio à regula extenditur ad casus eandem rationem habentes, n. 29.

Tridentinum non excipit pauperem taxatiue, sine restrictiue, n. 30.

Concilium Trident. fauens miserie vniuersi, non est credibile despicere miseriam aliorum pariter privilegiorum, n. 31.

Causa miserationis pauperis est accidentalit, minoris vero naturalis, n. 32.

Pauper in causa matrimoniali potest extrahi à prouincia sibi subministratis sumptibus ab aduersario, n. 33.

In minore orbatò etiam diuie semper durat causa miserationis, n. 34.

In l. unico, C. quando Imperator. etiam loquente tantum de pupillo & vidua, quolibet miserabilis persona inclusa intelligitur ex identitate rationis, n. 35.

In Trident. tantum loquente de paupere includitur quolibet miserabilis persona, n. 36.

Concilium Trident. non sustulit casus quibus de iure specialit & communi recedere licet ab Ordinario in prima instantia, n. 37.

Pupillus Clericus habet ius declinandi forum sui Ordinarij in prima instantia, & Curiam Apostolicam adire, sicuti de iure communi eidem licebat, ibid.

Concilium referens tres casus adquirendi ius patronatus non sustulit alios, ex quibus de iure communi acquiri permittitur, n. 38.

Inhibitiō in qualibet instantia expedita à Rota in causa matrimoniali, vt minor Orbatu ibidem litiget, retinetur à Senatu, vt impugnat Concilium Trident. n. 39.

Qui ex privilegio iuris non extrahitur à prouincia, si de factò opprimatur, defenditur à Rege, n. 40.

Duo Senatus decreta referuntur, quibus dixit, vni non fecisse Iudicem nolente deferre appellationi ad Curiam Romanam in causa matrimoniali contra quandam puellam minorem orbatam, n. 41.

Inhibitiones Rotaes directè impugnatæ Regio recusit, & Senatus decreuit alias incommutabilibus, vt detrahentes Regalia, & auctoritati Regis retinerentur, n. 42. & seqq.

Retentionis potior causa legitima iudicatur detrahit, & dimissio auctoritatis, Maioritæ, & Regaliæ Regis, n. 43.

Retentione omisa in prædicto casu; decreta Senatus manent illibata, & oppressus sub fide publica deceptus, n. 44.

Victor potest appellare ab omissione condemnationis expensarum, si prauenerit vitium in appellando, n. 45.

Appellatio ab omissione expensarum anterior deuoluit totam causam, n. 46.

Articuli dicuntur connexi, si lata sententia in vno partu rem iudicatam in alio, n. 47.

Et sufficit, vt vnus ab alio dependat, ibid.

Et appellationibus ab vtraque parte, vna ad Papam, alia ad inferiorem, regulariter illa ad Papam praualeat, n. 48.

Fallit in causa matrimoniali contra miserabilem personam, qua à sua prouincia in neutra instantia extrahitur iniuri, n. 49.

Appellans ad Papam prorogans iurisdictionem inferiori ad quem aduersarius appellauerat, renuntiare videtur deuolutioni sue appellationis ad Papam, n. 50. & seqq.

Inferiori, ad quem vnus appellauit, & alter ad Papam, acquiritur iurisdictione, etiam si tamen ope exceptionis, n. 51.

Quæ prorogari rectè potest, n. 52.

Per comparitionem appellantis coram inferiore sine protestatione renuntiat appellationi, numer. 53.

Concurrentibus duabus appellationibus ad Papam, & ad inferiorem, si coram vno compareat, renuntiare videtur sua appellationi ad Papam, num. 54.

Comparens coram alio iudice prætendente iurisdictionem videtur renuntiare commissioni à se impetrata ante eius presentationem & exercitium, num. 55.

Appellans comparens coram alio iudice non potest impetrare postea commissionem super appellatione iam resoluta, n. 56.

Inhibitiō expedita vigore commissionis super appellatione, qua non stat, corruis defectu iurisdictionis, n. 57.

Commissio super non ente nullam tribuit iurisdictionem, n. 58.

Sublato fundamento principali, resoluitur tacitè inhibitiō Rotalis, n. 59.

Surreptio de per se sola non sufficit ad retentionem litterarum impariendam, nisi alia causa publica concurrat, n. 60.

Commissio auocatoria ad Curiam contra miserabilem personam, est surreptitia non facta specifica relatione miserationis, n. 61.

Inhibitiō Rotalis expedita super appellatione à re iudicata, aut tribu conformibus retinetur in Senatu, n. 62.

Rescriptum impetrans in causa iam decisa repellitur à limine iudicij, n. 63.

Et à iure reprobatum super tertia appellatione, numer. 64.

Rescriptum contra rem iudicatam tanquam iniuri, & iniuri non debet admitti, n. 65.

Rescriptum super tertia appellatione nec tenet, nec à Principe potest concedi de Ordinaria potestate, num. 66.

Nisi per speciale privilegium tertia appellationem concedat Princeps de plenitudine potestatis, num. 67.

Litteras Principis contra ius expeditas, & devian- tes ab eius tramite retinenda in Senatu; omnes Doctores pro tunc conclusione affirmant, n. 68. Vbi plura iura ponderantur idem dicentia, ibidem. Rescriptum Principis contra rem indicatam qua- tenus impedit eius executionem, admitti non de- bet, n. 69. Idem contra tres sententias conformes, n. 70. Quis est contra ius, n. 71. Et est iniustum, durum, atque iniuile, n. 72. Est est odiosum, n. 73. Rescriptum Principis durum, & asperum, seu in- iustum, nec debet admitti, & exequi, sed retineri, ne eo impetrans utatur, n. 74. Inhibicio Rotalis contra rem indicatam non euitas retentionem in Senatu, n. 75. Retentio litterarum principaliter mittitur in preiudicio publico vitando, n. 76. Lites fieri immortales, & impedire effectum rei iudicate contagium est Reipublica à Principe curandum, n. 77. A rei iudicata suspensionem non sufficit expres- sionem Principis rescriptum, quia detinetur, n. 78. Rescriptum contra rem indicatam duo requirit, ut non detineatur, scientia Principis certa, & quod utatur sua plenitudine potestatis, n. 79. A liter nec etiam per directum valet, n. 80. Facta vera relatione rei iudicate nunquam in Curia clausula Ordinaria presertinatim executionis omittuntur, n. 81. De re iudicata debet Papa fieri expressa, & indi- vidua relatio, alius commissio non tenet, & est subreptitia, n. 82. Dependencia iuris coram alio iudice debet fieri re- latio, alius auocatio non censetur facta à Prin- cipe ignorante illam, n. 83. Commissio specialis facta in Curia non tenet, non facta relatione de dependencia causa in partibus, num. 82. Et talis commissio absque scientia certa Papa est nulla ipso iure, n. 81. Regalia Principis est auocatio causarum suae inci- pienda, siue iam captarum coram inferiori- bus, n. 86. Auocatio debet fieri certa scientia Principis de causa pendente, alius non intelligitur velle auo- care, n. 87. Alius commissio non tenet, & omnia inde sequuntur sunt nulla ipso iure, n. 88. Ad auocationes causarum non de facili debent mo- ueri Principes, sed ex magna causa, & urgen- ti necessitate, quia Reipublica afferunt derri- mentum, & parti, n. 89. Auocatio sine magna causa cedit contumeliam iudicis, qui de causa cepit cognoscere, n. 90. Causa ex quibus fiat auocatio, que remissioe nu- mer. 91. Princeps inscius liti pendente coram alio iudice non censetur auocare causam, n. 92. Auocatio est odiosa, & restringenda, n. 93. Relatio facta Papa sub involuero verborum idem est ac si penitus veritas taceatur, n. 94. Sub involuero verborum facta relatio non potest apparere eius deliberata voluntas, n. 95. Expressio sub involuero verborum vitiat rescri- ptum, sicut omnimoda taciturnitas, n. 96. Idem per causam loquelam, aut ironiam, n. 97. Veritatem tacentes Principes, idem est ac si infirmus taceret vulnus Chirurgus, n. 98. In sententia conceptione nulla est à iure descripta

verborum forma, nec in ea requiritur expressa confirmatio, aut infirmatio alterius, n. 99. Nec refert quibus verbis utatur iudex in pronun- ciando, dummodo ex illis mens eius percipiatur, num. 100. Confirmatio, vel infirmatio sententiae tacite sufficit, si alia feratur idem, vel contrarium continen- tes, num. 101. Sententia cassata aut confirmata in parte, in cate- ris confirmata, aut rauocata censetur, n. 102. Sententia dicuntur conformes etsi discordent in for- malitate verborum, dummodo in substantia & sine conueniant, n. 103. Tertia sententia super eodem conueniens cum prioribus, conformis dicitur, etsi illas non confirmet, num. 104. Sententia ut difforme dicatur, opus est, ut dif- formitas adsit circa substantiam, & effectum seu qualitatem principalem, n. 105. Inhibicio Rotalis contra rem indicatam, vigore ap- pellationis tertie retinetur in Senatu, n. 106. Et non relaxanda pars, sed retentio eius faciendae, ne ex futura reproductione in Rota damna pra- cauenda oriatur, n. 107. Inhibitiones tangentes beneficia possessa, per exem- ptum retinetur in Senatu, cum percipiantur Tri- dent. decreta, n. 108.

XPERIMENTO comperimus, quanta & ingentia damna Reipub- licae afferre inhibitiones praeser- tim Rotalis, & Romanae Curiae subreptitiae obtentas, & ad haec Regna allatas falsis suggestionibus & litigan- tium, & veritate tacita, & statu, natura, & qualitate causarum, vel omisso penitus, vel ita sub verborum involuero relatis, ut indiuidua & spec- ifica veritas occultetur, ut facile (indebita tamen) obtineant inhibitiones in iis casibus, qui- bus expediti iura vetant, solo animo impediendi cursum litium, vtque aduersarij iustitiam nunquam consequantur, & sumptibus, & laboribus fatigati illam desistant, & ius amittant. Tandem pro remedio (cum aliud longe sit ob- tantam Romanae Curiae distantiam, quod iam il- lato damno accedens prodesse non potest, ex iis quae longa serie non inutiliter fuerit per Nos considerata supra 1. part. capitul. 1. §. unico per totum.) ad Senatum hunc supremum confugiunt, vt ibi retineantur, ne cum tam intolerabili pra- iudicio Reipublicae illis vtatur impetrans; qui- bus igitur casibus (ex iis quae in facti contin- gentia habuimus) retentio haec locum habeat, vtile in vnum annectere iudicauimus. Primum est conclusio, in omnibus & casibus in quibus prima instantia Ordinario tolli non potest, nec ab eo causas auocari: ita in iis ex identitate rationis, & necessaria consequentia inhibicio à Concilio Tridentino sublata est, & interdicta, vt probat expressè idem Trident. de- cretum in cap. cause omnes 20. sessio. 24. de re- formatione, ibi: Nec antea alius committatur, nec auocentur, nec appellationes ab eisdem interpo- sitae per superiores quoscumque recipiantur, eorum- ve commissio, aut inhibicio fiat, nisi à diffinitiu- a, vel à diffinitiuam vim habente, & cuius gra- uamen per appellationem à diffinitiuam reparari ne- queat, &c. Idem etiam Papa Leo. X. per quan- dam constitutionem, quam ad litteram retulim- us supra hac 2. part. capitul. 3. à num. 7. & ad

ad medium, ibi: Ita quod nulli ante diffinitiuam sententiam licet appellari, nec appellatio (si fue- rit emissa) vllatenus admitti, nisi ab interlocuto- ria, &c. Alioquin appellatio, & illarum etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones in po- sterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sit rehoris, & momenti, &c. Quae autem sunt istae interlocutoriae à quibus licite appellatur in prima instantia, vide abundè de Regia protectio- ne 2. part. capitul. 1. per totum. Igitur cum totus processus ab alio Iudice, quam ab Ordinario factus subiciatur vitio nullitatis ex defectu insanabili, & notorio iurisdictionis, vt copiose comprobauimus hac 2. part. capitul. 17. à num. 14. cum multis sequentibus. Et alius variis locis relatis in capitul. 26. num. 31. Sequitur manifestè, quod inhibicio, quatenus impedit primam Ordinarj instantiam, sit non solum expressè comprehensa in dicto decreto Tridentini. Sed & virtualiter per necessariam consequentiam, atque ideo retentio in Senatu obtinenda erit, ne illa in prauidicium Ordina- rij & colligantur impetrans vtatur, quae argu- mentario indubitabilis est, & late comprobata hac 2. p. c. 26. à n. 35. cum multis seqq. Secunda sit conclusio; inhibicio quocumque in qualibet instantia expedita ad solam simplicem petitionem & appellantis omnia iura, quae habet, quod non aliter expediti valeat, quam praecedente partis citatione, causa cognitione, & visis actis, alias ipsa inhibicio sit nulla, & nec parcat, nec causat attentatum, nec Iudicis infectio- nis suspendit, aut tollit iurisdictionem, sic de- creuit Innocentius IV. in c. Romana, §. si verò, & §. si autem, cum aliis, de appellationibus, lib. 6. copiose Nos de Regia protectione. 2. part. c. 10. n. 20. & 21. & hac 2. p. c. 7. n. 18. Et quod sit de essentia & forma praecisa in- hibitionis citatio & partis ante eius expeditio- nem, vterque probant Michael Grassis commu- nem opinionem, tom. 1. lib. 7. titul. 14. numer. 169. fol. 270. Vanius de nullitate, ex defectu iurisdic- tionis. Ordinar. num. 55. Auendan. de exequendis mand. part. 1. capitul. 22. num. 10. Minsingerius centur. 3. obseruatione 87. Bernard. Diaz. in re- gula 376. Surdus consil. 424. num. 41. Gratianus in regula 169. Gutierrez de iurament. confirma- tor. part. 1. capitul. 2. num. 31. Augustinus Bar- bosa in collectanea ad dilectum c. Romana, §. si ve- ro, num. 5. quam plurimos Doctores congesit Antonius Gabriel titulo de citationibus, conclu- sion. 1. n. 77. Et quando causa est inappellabilis, vel quia sit via executiua, & vel sententia transiura in rem iudicatam, & similia vltra causae cognitio- nem supra dictam, alia requiritur praecedere in- hibitionem ipsam: nempe an appellatio sit re- cipienda vel non, textus expressus in dict. cap. Romana, §. si autem post sententiam in casibus à iure prohibitis, &c. de appellationibus, lib. 6. co- piose Nos de Regia protectione, 2. capitul. 10. à num. 23. cum multis sequentibus; & vltra Docto- res ibidem citatos, idem probant Abbas in ca- pit. cum speciali, §. porro, num. 6. de appellationi- bus, Octavianus Veltius, in praxi Romanae Cu- ria lib. 7. c. 3. n. 11. Augustin. Barbosa in collectanea ad dict. c. Romana, n. 12. Quam inhibitionis praecisionem & formam cum Concil. Tridentini. neglectam viderit, ob ab- sum superiorum ex potentia impetij, & manu

iurisdictionis destraxe ambidendum, & anhe- lantium iurisdictionem alienam inferiorum, illam renouauit in sessio. 22. capitul. 7. ibi: In appellationibus ad eos interpositis in quibusuis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationem ser- uare tenentur formam, & tenore sacrarum institutionum, & praesertim Innocentij IV. qua incipit, Romana, &c. aliter inhibitiones & pro- cessus, & inde sequuta, quaecumque sint ipso iure nulla, &c. Et insuper hoc decretum & renouasse, di- ctum cap. Romana, cum suis §§. affirmant Gra- tianus in regula 40. in principio, Paz. in pra- xi. 5. part. tom. 2. capit. unico, num. 24. Lan- cellotus de attentatis. 2. part. capit. 20. in pra- satione, quastion. 5. numer. 165. Merita in com- pilation. decisionum, tom. 1. titul. de inhibiti- onibus, capitul. 10. num. 11. & alij quam pluri- mi à me ipso citati in dicto tractatu de Regia protectione. 2. part. capitul. 10. à num. 19. & Nos allegans, idem probat Augustinus Barbosa in collectanea ad Trident. in nouissime additis, su- per dicto capitul. 17. numer. 1. & 2. Sclle- lius selectarum Canoniar. capit. 23. numer. 13. & 14. Igitur concludenter inferitur ad retentionem 10 impartendam huius & inhibitionis Rotalis, quoties defecerit iuris & Tridentini inuolabi- lis decreti in dicto capitul. 7. forma decretum violetur ex ea, quod facere Rex Catholicus vti eius protector nullo modo patitur, & si que retentionem eiusdem inhibitionis in Senatu ex- peditandam fore ex hac causa in duobus negotiis nunc pendentibus respondi, & tamque le- gitimam Senatus agnouit me acerrime infor- mante, & in vno decreuit, impetrantem com- pellendum originale exhibere, replicantem- que illam misisse Romam post intimationem executam; Senatus ipse iterum mandauit, vt obligaretur sub graui pena pecuniaria pra- standae, si infra quatuor menses non attulerit originale eandem. Motus Senatus ne eius vir- tute per audientiam contradicatum procederetur in Rota contra recurrentem, & meri- to, vt obuiaret damnis inde speratis à rigore Rotae, de quo abundè Nos sup. hoc 2. p. c. 17. & c. 20. Nec obstat quod ex aduerso potest obici; & Rotam modernam introduxisse, suas inhi- bitiones etiam iniustas & minus Canonice de- peditas operari, & causare attentata, vt variae de- cisiones eiusdem Rotae affirmant, & sic stance hoc stylo Rotae, inualuisse formam Concilij Trident. in dict. sess. 22. c. 7. Quia responderetur, styllum hunc expressè esse sublatum ab eodem Tridentini decreto, qui non potest praualere aduersus formam iuris & per illud renouatam, & expressè reprobandam styllum contrarium, quamlibet re consuetudinem etiam immemorabilem, ibi: Quaecumque consuetudine etiam immemorabili, aut stylo, & privilegio in con- trarium non obstantibus, &c. Tum etiam ex aliis quamplurimis fundamentis, quae contra hunc styllum considerantur sup. c. 7. à n. 17. ofque ad fin. hac 2. p. Tum etiam, quia huic stylo, & inhibitioni- bus Apostolicis expeditis & absque forma & re- quisitis Concilij Trident. aduersatur Sacra Con- gregatio Cardinalium in haec verba: Capitulum Pp 2 Romana.

Romana de appellationibus in 6. servari debet etiam in appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis. Quam declarationem Cardinalium ad litteram in iis terminis impugnantibus hunc Rotæ stylum adduximus in tractatu de Regia protectione, part. 2. cap. 10. num. 41. eandem etiam noviter refert Selsus scholar. Canoniar. cap. 23. num. 13. item eam refert Augustinus Barboia in collectan. noviter additis ad Trident. dicto capitul. 7. num. 1. & 2. qui Nos allegat, quo quidem destruitur Rotæ stylus fortè allegandus.

Tam etiam (quando talis stylus potuisset prævalere contra expressum Tridentini decretum, quod negamus) Rotæ stylus non obligat extra eam in partibus, maximè Hispaniæ tam remotis, nec attenditur, nec observatur, vt per Lancelotum impugnantem hunc stylum Rotæ, diximus Nos in tractatu de Regia protectione, dicto capitul. 10. à num. 27. & sequentibus, & latè 1. part. capitul. 2. §. 3. à num. 19. & sequentibus, quàmplures Rotæ decisiones ad idem adducentes, quibus addit Zeballos, & Rebusfus sequutos à Thoma Sanchez de matrimonio, tom. 3. lib. 8. distict. 21. sub num. 16. loquentes in rescriptis iustitiæ expediendis in Curia.

Ceterum quando de facto hic stylus observaretur in Rota, eum tunc præiudicialis sit, iis in partibus præ ad oculos Regis, & Senatus acerrimi protectoris Concilij Trident. nequit prævalere in contraventionem tam clari, tamque expressi decreti illum neurose impugnantis, id. 6. que nullo pacto evitari potest huius inhibitionis Rotalis forma essentiali carentis retentio in Senatu, ne pars illa vti valeat.

Tertia sit conclusio. Inhibitio Rotalis expedita in causa matrimoniali præ contra pauperem, vel aliam miserabilem personam, vt ad Curiam etiam in secunda, siue in tertia instantia vocetur litigatorus, à Senatu retinetur, ne extra provinciam suam cogatur litigare iuxta decretum Concilij Trident. session. 24. de reformatione, cap. 10. in §. ad hac, ibi: Coram quo, si pars veri pauperem probaverit, non cogatur extra provinciam, nec in secunda, nec in tertia instantia in eadem causa matrimoniali litigare, &c. Igitur vi virtute appellationis emissa ad Curiam Romanam vbi causa tractanda committitur, inhibitio emanaverit in causa matrimoniali contra pauperem, aut aliàs personam miserabilem ea inuita, & reclamante, & recurrente ad Senatum, ibidem retinebitur, cum adferretur expresso Tridentini decreto, cuius Rex protector est miserabilium personarum præcipue, vt in cap. 1. hoc tractatu 1. p. latè dictum est.

Et licet hoc Tridentin. decretum dumtaxat mentionem faciat de paupere; præ omnis miserabilis persona, præcipue minor parte orbatus (vt est vulgare, & Couartuias explicat prædicatorum cap. 6. num. 2.) nihilominus comprehenditur in eius dispositione ex identitate rationis, & æquiparatione iuris, non per extensionem, sed per comprehensionem, & inclusionem, vt in facti contingente pro quadam diuine puella minore, & vtroque parente orbata viriliter defendi, vt contra eam inhibitio Rotalis in tertia instantia expedita retineretur à Senatu, motus sui ex sequentibus.

Primo, quoniam huius Conciliaris decreti solida & vnica ratio reddi potest, miserationis nempe causa, eo quod pauper vti miserabilis

persona præ non potest suam causam & ius legitime defendere, ex plurimis Doctoribus motandis, nec alia ratio dari potest ultra hanc: sic sanè ratio subintellecta, & non expressa habetur pro expressa indispositione, quando vna sola assignari, seu reddi potest, quæ quidem ratio vnica & subintellecta operatur indubie omnes illos effectus, quos ratio expressa in quacumque lege, aut dispositione operaretur, vt cum Tiraquello, Anton. Gabriel, Bruno, Molina, Deciano, Mandello, Nantica, Surdo, Simon de Pretis, Barboia, Gratiano, Giurba, & aliis innumerabilibus penè latissime comprobatur & resoluunt Don Ioann. del Castillo controuersiar. tom. 6. c. 170. à princip. & per totum.

Sed sic est ex iuris nota præ conclusione, quod quantum attinet hoc privilegium, ne quis extrahatur inuita à sua provincia, aut vt possit alios inuitos ad Curiam trahere, sunt casus iure æquiparati minor orbatus, & pauper, vni. ca, Cod. quando Imperator. inter pupillos, & viduas, l. 5. rit. 3. par. 3. ibi: O por pleito que demandasse à guersano, o mui pobre, o mui cuitado, Couartuias, dict. capitul. 6. à principio, & capitul. 7. præcipue sub num. 5. ibi: Tameñi lex vnica quando Imperator. inter pupill. & viduas, ac leges Regie part. ratione & iure de omnibus tractauerunt, &c. Imò miserabilium personarum præ appellatione veniunt Pupillus, vidua, senes decrepiti & continuo morbo fatigati, quàmplurimos ad idem congesti, Augustinus Barboia in tractatu de appellationibus, verbo, Viri que in iuris significat. appellat. 152. num. 4. videndus à principio.

Et in specie Orphanis, seu pupilli præ est textus in cap. quamuis, & ibi Glossa, verbo, Pueri infra pubertatem non mittuntur ad Curiam, quia aras eos excusat. & cap. fin. de sententia excommunicat. latè Marchefanus de commissionibus auocato caus. §. 2. à numer. 1. cum sequentibus. Hoc idem comprobatur Sigifmundus Scaccia in tractatu de appellationibus, questio. 2. nem. 121. in hac verba: Extendit secundò, vt sicut vidua, aliæque miserabilis persona potest declinare proprium Iudicem Ordinarium, & adire Principem, vt dixi sub ampliatione, ita etiam potest e conuerso declinare Iudicem Principis, & petere se remitti ad Iudicem sui domicilij, Afflicti, Constitut. Regni, rubrica 37. statimus, num. 14. versicul. Primum, libro 1. & Marchefanus. tractat. de commissionibus. auocat. causar. capitul. 4. §. 2. sub num. 16. fol. 475. in 2. impressio. ne; dicens, quod signata, iure sadente, debet eis favorabilis esse, tam quando volunt aliquid trahere ad Romam Curiam, quam quando volunt remitti ad partes, & num. 37. in fin. fol. 478. dicens ita fuisse resolutum in signatura ad fauorem viduarum ad quarum instantiam aut, fuisse auocatum causam à curia ad partes, quamuis ageretur de iure patronatus.

Et ratio huius extensionis (prosequitur ipse Scaccia) potest esse, præ minor, vidua, pupillus, aliæque persone miserabiles non possunt per rescriptum Principis trahi ad iudicia extra domicilium suum, nisi in rescripto fiat mentio expressa de qualitate personæ. Millis in rescripto, in verbo, Minor, in vltimo verbo, &c. Hadenus Marchefanus.

Ex quibus omnibus per necessariam consequentiam præ inferitur, quod Concilium Trident.

in dicto cap. causa omnes in §. ad hac, disponens, pauperem in nulla instantia posse extrahi à provincia sua in matrimoniali causa; idem disposuisse intelligitur in minore orbato, vt patet miserabilis persona (quantumvis diuite, vt statim) quia quando duo casus sunt æquiparati à iure, nouiter disposito in vno, in alio simul censetur dispositum, Gloss. in l. Mancipia, verbo, Aduocandum, Cod. de senis fugitiuis, Glossa fin. in l. si quis seruo. Cod. de iuribus, Gloss. in cap. si postquam, de electione, lib. 6. Tiraquell. de retrahendi. §. 15. gloss. 1. num. 20. Anton. Gom. de variarum resolution. tom. 3. capitul. 11. à num. 1. Surd. de alimentis, ritul. 2. quest. 10. num. 2. Molin. de p. imoginis, lib. 1. capitul. 8. num. 10. Flores de Mena variarum, quest. 3. numer. 27. & 29. Caldas Pereira de p. iuribus, eligend. cap. 7. num. 5. Qui in variis materiis adducunt plura exemplaria conuenientia, consonat præ axioma illud, quod æquiparatorum eadem est dispositio, & iudicium, l. 1. ff. de leg. 1. etiam in odio. Nos de Regia protectione 2. part. capitul. 5. numer. 54. & seqq. Et in terminis privilegij fori circa pauperes, & minores orbatos, Ioannes Maria Nouatius in praxi elect. & variat. fori. quest. 8. sect. 1. num. 9. & questio. forens. 143. num. 12. lib. 1. Velasco de privilegij pauper. & miserabilis personar. p. 36. n. 15.

Igitur cum hi duo casus præ minoris orbati, & pauperis sint quoad hoc æqualiter æquiparati, & privilegia à iure, & dispositum per Concil. Tridentin. respectu pauperis debet comprehendere alterum, quia hæc æqualitas & communicatio privilegij prouenit ab vnâ causa, radice, & ratione ex Doctoribus citatis supra à num. 17. Et casus, quos necit præ rationis identitas, non sunt quoad iuris dispositionem separandi, quod plurimus exornamus in tractatu de Regia protectione 2. part. capitul. 6. numer. 21.

Discutitur iste fortior redditur, quia quoties plures casus habent eandem rationem, licet de vno dumtaxat præ loquatur, in eaque tantum fiat mentio; videtur fieri exemplariter, non restrictiue, ita vt ceteros etiam includat sub ratione comprehensos, non per extensionem legis, sed per comprehensionem, & inclusionem, vt per plurimas congerentes doctrinas abundè diximus supra 1. part. capitul. 9. à n. 13. cum multis seqq.

Et quia cum Concilium Tridentinum à regula generali posita in principio eiusdem capitul. 5. ad hac, causæ omnes; pauperem præ excepterit in dict. §. ad hac. Eadem exceptio debet extendi ad omnes casus eandem rationem habentes Gloss. in l. 1. Cod. de conditione indebiti, verbo Iudicari, Panormitanus in cap. omnes, num. 7. de constitutionibus, Parlador. rerum quotidianarum, libro 2. cap. 5. part. §. 11. numer. 7. Cum decretum illud non excipiat præ casum pauperis taxatiue, & exclusiue ad alios similes casus, ita Parladorus vbi proximè ex Bartolo in l. si constante, questio. 9. ff. soluto matrimonio, & illic reliquit. Baldus in l. 1. §. excipiuntur, in fine, ff. de feriis, Roman. consil. 271. num. 3.

Nec foret credibile, Sanctam Sedem Apostolicam miserabilem misericordie, & fontem pietatis (vt merito plura iura conelamant) velle occurrere miseriæ vnus excludere cetero-

rum miserationem in iure habentium similem, & maiorem fauorem, imò potius in minore orbato prædictum decretum debet procedere ex maiortate rationis, quia causa miserationis præ pauperis est accidentalis; orbati tamen naturalis, & vti potior præferenda, vt eleganter considerauit Baldus in l. qui habet, ff. de reuelis, per text. ibi sequitur Matheus de Aff. etis in Constitutio. Neapolitan. lib. 1. rubric. 36. n. 35. Couarr. practicar. dict. capitul. 8. sub n. 4. versic. Primum etenim casus.

Et ad hoc idem ponderanda verba eius decreti præ Conciliaris, ibi: Coram quo si pars veri pauperem probauerit, non cogatur extra provinciam, nec in secunda, nec in tertia instantia in eadem causa matrimoniali litigare, nisi pars altera alimenta & expensas litis velit subministrare, &c. Cum iam ex hoc succulsa cesserit privilegium paupertatis nixum causa accidentali, quod idem non diceret Concilium in minore orbato parte, in quo quomuis diuite, causa miserabilis personæ semper permanet, præ cum præcisè sit per alienam defendendus, non per suam, plurimos Doctores ad idem congerit Couartuias practicarum cap. 6. sub num. 2. ibi: Obiter tamen hoc privilegium in Orphanis, & viduis etiam dicitur, &c. Andeas Gaillius lib. 1. obseruatio. cap. 1. n. 9. ex doctrina Panormitan. in cap. significandibus, num. 6. de officio Delegati, & ex Menochio, Baldo Nouello, Rolando, Rota, Patiano, Franchis, Thesauris, Gratiano, Marra, Petro Barboia, Trenta cinquo, & aliis quàm plurimis firmat Augustinus Barboia in tractatu de appellatione, verbor. vtriusque iuris appellatione 152. num. 6.

Comprobatur vltierus, præ nam eo modo quo in l. vnica, C. quando imperator inter pupillos & viduas (quæ tantum loquitur de pupillo, & vidua) comprehensus intelligitur virtualiter & tacite pauper, & aliæ miserabiles persone, non ob aliud, quàm per identitatem rationis, vt ex Couartuias loco citato, n. 3. in principio, & latius Scaccia de appellationibus, quest. 7. à n. 30. cum seqq. ibi: Ratio huius restrictionis potius esse, quia Ecclesia æquiparat pupillo, Couarr. d. c. 7. n. 3. versic. Verum de Ecclesia, in fine. Caraita rit. 23. §. 1. n. 3. &c.

Partim tamen e conuerso in hoc decreto Tridentino vbi tantum (sine restrictione tamen) fit mentio præ de paupere; debet includi Orphanus ex identitate, imò maiortate rationis, habens à iure communi privilegium, cui nec Concilium derogauit, nec in derogatione generali aliàs comprehenderetur, plur. Doctores allegat Miers de maioratu 1. p. §. 1. n. 78.

Ille iterum discutitur legitimus præ magis redditur ex eodem Trident. in dict. cap. causa omnes, quod licet in principio absolute vtatur, casus in prima instantia alibi tractari, quàm coram Ordinario; nihilominus non censentur exclusi casus illi, in quibus aliàs de iure communi ab Ordinario licite poterat recedi in prima instantia, imò illi amplius intelligitur præferri, vt plurimis citatis Doctoribus, & declaratione S. Congregation. diximus sup. hac 2. part. c. 5. à n. 8. & per omnes eius §§. vbi quod per illam vniuersalem prohibitionem non excidit legitimos iuris communis modos, in quibus ex specialia ratione recedebatur ab Ordinario in prima instantia.

Inter quos vnus erit causa miserabilium & pupillarum, qui si habent causam in prima instantia coram suo Ordinario, vel alio Iudice inferiore; possunt istorum forum declinare, & eligere forum in Romana Curia, non tamen Metropolitanum, vt iure communi determinatum stat, in l. unica, C. quando Imperator inter pupill. & viduam (quam hactenus exornauimus) non obstante noua dispositione Concilij Tridentini. in dict. cap. causa omnes, vt in Clerico pupillo expressè tenet Aldan. in compendio Canoniar. resolution. lib. 2. tit. 8. num. 15. vbi tenetur sic fuisse decisum in Baren. 1. Aprilis 1628. quem ad id referens sequitur Augustinus Barbosa in collect. ad Concil. Tridentin. sess. 24. dict. cap. causa omnes 20. num. 45. in nouiter additis.

Nec per expressionem vnus ex casibus equiparatis, & similibus in iure, & censetur exclusus alius eandem rationem habens, vt superius extat probatum, quod aliis eiusdem Concilij Tridentini. decretis contingit, vt est videre per Menochium de presumptionibus, lib. 3. presumption. 90. à principio, & num. 6. ibi: Et præter tres enumeratos modos adquirent etiam ius patronatus constructione, reedificatione, & donatione, sicut scribunt per multos, quos commemorauimus, & sequutus sum conf. 90. num. 28. & 29. lib. 1. Nec Concilium Tridentinum. tres hos postremos modos reiecit, nisi alios tres commemorat, non enim inclusio vnus est exclusio alterius, quando eadem est vtriusque ratio, vt declarando regulam, l. cum prator. ff. de iudiciis, scripserunt Felinus, & idem probant plurimi citati à Nicolao Garcia de beneficio. 5. part. 1. quæ loquendo de probanda consuetudine inquit: Si en este tiempo misno fueren dados conferamente dos juizios por ella. Non excludit alios modos à iure approbatos probandi consuetudinem, prout latè declarat & interpretatur Molina de primogeniis, lib. 2. capitul. 6. à num. 24. & sequentibus, & num. 18. ita loquitur: Nec illa lex partiarum, qua de vno modo probandi consuetudinem meminit, ceteros excludit, idque aduertit Gregorius Lopez in dicta l. 2. in glossa verbo, Fueren dados, &c. qui latius proloquitur, & Burgos de Paz in l. 1. Tauri, num. 251. cum sequentibus. Ex quorum decretorum Tridentini. vera intelligentia rectè inferretur ad causam præsentem, in quo licet dict. cap. 20. §. ad hæc, disponat & loquatur de paupere tantum, non intelligitur exclusisse Orphanum, & alias miserabiles personas, in quibus identitas rationis militat, atque iuris æquiparatio, imò dispositum in paupere idem repetendum in cæteris miserabilibus.

Et quia retentione omiſſa in hoc casu; decreta Senatus & manent inania & illusoria 44 contra omnem iuris publici vtilitatem, & Senatus auctoritatem, & ex eisdem potius damnificaretur oppressus, imò sub fide publica & Regia deceptus maneret in iure suo, qui tutus se recursu Regio iudicabat, ex iis, quæ latissimè considerauimus hac 2. part. cap. 20. à numero. 39. vsque ad finem, quæ omnia ibi dicta his applica.

Et quia retentione omiſſa in hoc casu; decreta Senatus & manent inania & illusoria 44 contra omnem iuris publici vtilitatem, & Senatus auctoritatem, & ex eisdem potius damnificaretur oppressus, imò sub fide publica & Regia deceptus maneret in iure suo, qui tutus se recursu Regio iudicabat, ex iis, quæ latissimè considerauimus hac 2. part. cap. 20. à numero. 39. vsque ad finem, quæ omnia ibi dicta his applica.

Tum etiam, quia, vt hactenus diximus, pauperes & Orphanum, & aliaque miserabiles 40 persone in nulla instantia possunt extrahi à prouincia in causis matrimonialibus ex dict. Trident. Rex vt protector suorum vassallorum non debet pati illas extrahi; quod si de facto extrahantur, & in privilegio suo opprimantur, à Rege sunt protegendum per retentionis remedium, vt expressè firmarunt Menchaca controuers. vsq. frequen. lib. 1. capitul. 41. Etasimus à Cochier de iurisdic. Ordin. in exem. tom. 2. in Scholias ad Constit. Leonis X. §. 13. n. 184. folio 99. & alij, quos ad idem retulimus hac 2. part. capitul. 11. à n. 79. cum sequentibus.

Discutis ille nouum recipit & spiritum ex duobus decretis huius Senatus Supremi, qui cum à secunda sententia in eadem causa matrimoniali prius appellauerat puella ab omiſſione condemnationis expensarum (ob calamitosam, & dolosam litem sibi ab aduersario motam) cui iudex detulerat, & comparuit puella statim coram R. Nuntio, & inhibitione obiecta & intimata & obtemperata, postmodum vir appellauit à sententia ad Sanctissimum nominatum, & conuictus per viam violentiam in Senatu, iudicem nolle suæ appellationis deserte, decreuit Senatus 26. Ianuarij 1534. quod in non deferendo illi ad iudicem, ad quem de iure deserre debebat, vim facit. Derulit iudex ad Nuntium eundem (ad quem causa puellæ erat deuoluta) dumtaxat, & non ad alium; iterum conuictus aduersario, noluisse deserre ad Sanctissimum, ad quem nominatim appellauerat, Senatus 4. Aprilis 1534. iterum decreuit vim in huiusmodi delatione minime inuoluisse. Attendens causam matrimonialem puellæ orbatæ non esse extrahendam à prouincia, iuxta dict. Trident. cap. 20. §. ad hæc.

Ex quibus decretis Senatus aliam insuper deduximus & causam legitimam retentionis inhibitionis postmodum insuper allate, ex eo quod ista inhibio directè repugnabat, impugnabaturque Senatus decretum, & Regis auctoritati detrahebat, Regioque recurſus, cum per inhibitionem totaliter destruebantur decreta, & eorum executio, & effectus impediabantur, cum de sui natura incommutabilia sunt non subiecta humanæ vicissitudini, commutationi, aut variationi, vt latius Nos de Regia protectione 1. part. cap. 4. num. 12.

Et cum ista inhibio opponatur auctoritati, & Regaliæ seu maioris Regis & (provt est recursus, vt abundè diximus in hoc tractatu 1. part. cap. 1. per totum, & præcipue à num. 102. cum multis segg.) euidenter inferretur ad eiusdem retentionem, cum inter causas legitimas ad illam impartiendam hæc sit potior, detractio nempe, & diminutio auctoritatis, maioris, seu Regaliæ Regis, prout abundè supra 1. part. cap. 5. per totum.

Et quia retentione omiſſa in hoc casu; decreta Senatus & manent inania & illusoria 44 contra omnem iuris publici vtilitatem, & Senatus auctoritatem, & ex eisdem potius damnificaretur oppressus, imò sub fide publica & Regia deceptus maneret in iure suo, qui tutus se recursu Regio iudicabat, ex iis, quæ latissimè considerauimus hac 2. part. cap. 20. à numero. 39. vsque ad finem, quæ omnia ibi dicta his applica.

Sicque

Sicque defendimus ex prædictis causis legitimis, retinendam fore in Senatu inhibitionem Rotalem, ne illa in dispendium puellæ alibi vtrius impetrans, & vt causa pendens coram Nuntio vigore appellationis puellæ præcedentis prosequatur, quæ in Curia Romana tractari non debebat, tum ex dict. decreto Tridentini etiam quia ex accidentibus ad illam deuoluta non fuerat, tum etiam quia iam introducta, erat coram Nuntio ex vtraque parte.

Ad cuius claritatem supponebamus, quod 45 quareuis victor regulariter & non possit appellari à sola omiſſione condemnationis expensarum, hoc tamen procedit postquam victus iam prius appellasset à sententia contra se lata; at si Victor ab omiſſione expensarum prius appellasset; legitimè appellat, ita vt validitas huius appellationis pendeat à præuentione, & anterioritate. l. fin. & ibi Doctores, C. quando appellare non est necesse, latissimè prosequatur Scaccia de appellationibus, quæst. 17. limitat. 21. per totam.

Et cum appellatio puellæ ab omiſſione expensarum fuerit anterior, & deuoluisset totam causam ad Nuntium, dicendum erit, vt probat Scaccia dict. limitat. 21. num. 12. nam cum prior appellatio deuoluisset causam legitimè expensarum omniſſam, & coram Nuntio sit iam introducta; tota causa super principali deuolui debuit, ne eius continentia diuidatur, & inde contrariæ sententiæ spectentur, iuxta quæ Nos latissimè supra cap. 14. per totum; nam si iudex causæ principalis reuocauerit sententiam, & iudex expensarum illam confirmauerit, aut super foluendis solum prononciat; inane foret iudicium, & per consequens etiam vtrumque iudicium, & cum articuli sint connexi, & inseparabiles, quia vnum patit exceptionem rei iudicatæ alteri, vt Nos de Regia protectione, 3. part. cap. 15. num. 43. & hoc tractatu 2. part. cap. 8. à num. 12. & sequentibus. Imò vt articulus dicatur annexus; sufficit quod ab alio dependat, Rota vt per Alexand. Ludouic. decis. 223. per totam, & num. 7. & sequentibus ibi: Quod autem sumus in connexis dicebant Domini, non esse dubitandum, cum omnia pendant ab articulo filiationis & legitimæ, Aimon. consil. 242. num. 1. & 2. latè Menochius de arbitrariis, casu 95. num. 15. & sequentibus; imò vnam reputatur, quando vnum est propter aliud, l. Iulianus ff. de cond. & demonstrat. Bellamera conf. 4. in fin. facit quod habetur in decisione Rotæ 13. sub num. 2. vers. Quarto quando, de probationibus, in nouis, à dicto enim articulo pendet assignato legitimè, &c.

Supponebamus vterius, quod licet sit nota conclusio & quod ex duabus appellationibus ab vtraque parte interpositis ab eadem sententia, vna ad inferiorem, altera ad Papam; ista præualeat, & totam causam deuoluat ex cap. si duobus, de appellationibus. Tamen ista conclusio in causa præfata fallax reperiebatur dupliciter, 49 & tum ex Concil. Tridentini. dict. cap. 20. ad hæc, quod causa matrimonialis miserabilis persone non debet extrahi à Prouincia in qualibet instantia ex deductis à principio huius 3. conclusionis. Tum etiam; quia regula dict. cap. si duobus, non procedit, & quod appellans ad Papam tacite aut expressè prorogaret iurisdictionem inferioris, quo se renuntiasse videtur de-

48 vtraque parte interpositis ab eadem sententia, vna ad inferiorem, altera ad Papam; ista præualeat, & totam causam deuoluat ex cap. si duobus, de appellationibus. Tamen ista conclusio in causa præfata fallax reperiebatur dupliciter, 49 & tum ex Concil. Tridentini. dict. cap. 20. ad hæc, quod causa matrimonialis miserabilis persone non debet extrahi à Prouincia in qualibet instantia ex deductis à principio huius 3. conclusionis. Tum etiam; quia regula dict. cap. si duobus, non procedit, & quod appellans ad Papam tacite aut expressè prorogaret iurisdictionem inferioris, quo se renuntiasse videtur de-

uoluntioni suæ appellationis quantum ad Papam, quoniam licet verum sit quod ex duabus appellationibus ab vtraque parte emissis vna ad Papam, altera ad inferiorem, illa præualeat; tamen hæc prælatio, & deuolutio non est tantæ efficacis, & tam absoluta, quin etiam inferiori adquiretur iurisdicatio, licet elidibilis ope exceptionis text. est in dict. cap. si duobus, ibi: Tenet excommunicationis sententia, &c. optimè resoluunt Philippus Franch. ibidem sub num. 13. & sequent. vers. In verbo tenet. Cardinal. Alexand. in eod. cap. num. 3. vers. Nota ex text. Decius num. 5. nota. 3. Scaccia de appellationibus, quæst. 10. num. 15. Augustinus Barbosa in collect. ad eundem textum, num. 4. concludentes quod interim potest inferior procedere.

Quapropter ista iurisdicatio cum sit elidibilis valet prorogari, & vt in terminis Doctor Petrus Barbosa, in l. 1. art. 1. num. 190. ff. de iudiciis, & tenet Augustinus Barbosa, in dict. cap. si duobus, num. 4. & alij statim citandi.

Atque quemadmodum per comparitionem coram inferiore abque profectione & appellans intelligatur renuntiare suæ appellationi, 53 & prorogare iurisdictionem eiusdem text. in cap. sollicitudinem, de appellationibus. quem latè exponat Scaccia de appellationibus, quæst. 17. limitat. 2. à num. 12. & seqq.

Eodem modo quando concurrunt hæc duæ appellationes vna ad Papam & (quæ regulariter præualeat) altera ad inferiorem; si postmodum appellans ad Papam compareat coram Inferiore; videtur renuntiare deuolutioni ad Papam, & prorogare iurisdictionem aliam elidibilem inferioris, qui impudè de cætero procedit in causa; ita post alios eleganter concludit Sigismundus Scaccia de appellationibus, 2. part. quæst. 10. sub num. 13. vers. Tertius casu vbi ita ait: Tertius casus est, quando appellans renuntiasset appellationi, quam interposuerat ad Papam, si renuntiatio sit expresse, siue tacita per comparitionem coram Archiepiscopo siue profectione Cardinalis Alexand. sub eodem n. 4. ibi: Fallit tertio, & ceteris Decius n. 13. motab 6. & sub n. 17. sed de isto tertio casu satis abundè loquutus sum infr. q. 17. limit. 2. &c. quod & probat vtrique Barb. quos supra citauimus num. 51. & 52. dum in hoc casu prorogationem admittunt: de hac comparitione coram Nuntio Apostolico ex aliquibus actis à viro gestis constanter fuit perceptum.

Insuper in comprobationem adduximus dictas singulares Rotæ decisiones, & quæ ad litteram retulimus supra hac 2. part. cap. 19. n. 42. quibus reperitur decisum, quod per comparitionem coram alio iudice etiam pretendente iurisdictionem in causa videatur ei consentire, & renuntiare commissioni iam à se expeditæ ante eius præsentationem, cuius virtute Delegatus iam non potest procedere validè in causa, sed nullitet & attentatè, & consonant omnia quæ à principio dict. cap. 19. scripta sunt.

Comparitionem appellantis ad Papam coram Nuntio in hac causa concludenter deduximus, insistentes inde ad prorogationem iurisdictionis, & renuntiationem suæ appellationis, & deuolutionis ad Papam, & per consequens ad renuntiationem suæ commissionis postmodum obiectæ, & inhibitionis subsequente, quæ Rotæ inhibenti iurisdictionem non contulerat.

Considerabamus etiam ad commissionis im-
petrationem, & inhibitionis subsequenter nullita-
tem, quod cum ante impetrationem compar-
uerit appellans coram Nuncio, & suae appella-
tioni tacite inde renuncialet; commissionem
super appellatione resoluta, & qua iam non sta-
bat, nullam fuisse nec tribuisse iurisdictionem,
& per consequens omnem processum, & inde
sequuta esse nulla, & inualida ex defectu iuris-
dictionis, Bellamera decis. 22. Celsar de Grassis
decis. 8. num. 4. Marquellanus de commiss. 1. part.
cap. 3. num. 220. fol. 170. tom. 1. Gratian. discepta-
tionibus forens. cap. 17. per totum. Ruginellus de
appellation. §. 6. gloss. 4. sub num. 7. vers. Adver-
tendum. Scaccia de appellationib. quest. 3. à num. 3.
Farinacius in posthum. tom. 1. decis. 789. num. 2. &
sequentibus, & num. 6. & loquendo in nullitate
inhibitionis expeditae huius commissionis
virtute, Lancellotus de assensat. 2. part. cap. 20.
limitat. 11. à num. 1. cum sequentibus, vbi aliquas
Rotae decisiones adducit, & Gratianus vbi
proximè num. 1. reddentes omnes rationem, quia
commissio super non ente nullam tribuit iuris-
dictionem, & circa effectus huius appellatio-
nis semel resoluta, & renuntiata vide plura,
quae congestimus hac 2. p. cap. 19. à num. 12. cum
multis sequentibus. & cap. 26. à num. 38. vbi plura
sunt cumulat.

Concordat Rotae decisio Alexand. Ludouif.
59 decis. 418. à principio, vbi quod sublata cau-
sa, & fundamento principali, tacite censetur
sublata inhibito Rotalis, & consonat Rotae de-
cisio, vt per Iacobum Caballerium decis. 2. n. 6.
ibi: Quod autem Ordinarius Nerito nulliter
proccesit in hoc casu, patet; quia commissio
sibi directa erat subreptitia, nam Ioannes An-
dræas obtinuerat committi dict. Ordinario Ne-
rito causam appellationis sub falso praetextu,
quod Ordinarius Liturien. executor suarum lit-
terarum declarasset, eas non esse executioni de-
mandandas, de quo decreto non constat, & con-
sequenter appellatio, & sic nec commissio sub-
sistit. Casar de Grassis decis. 2. num. 1. & sequen-
tibus. de re scriptis Hostien. Felin. & alij, quos re-
fert & sequitur Cassad. decis. 1. de re scriptis, &c.

Deducimus insuper in comprobationem
retentionis praedictae inhibitionis, & de qua in
hac conclus. 3. quod non tantum ipsa, sed &
commissio praecedens fuisse subreptitia; non
quia subreptio de per se sola sit sufficiens causa
ad retentionem litterarum, nisi concurrat alia
ex relatis, 1. part. cap. 3. & quatuor sequen-
tibus, sed potius ad clarius ostendendum defectum
intentionis Papae, quem ob subreptionem
patiuntur dictae litterae, vt latissime diximus,
1. part. cap. 8. per totum.

Cum litterae praefatae commissionis dicantur
subreptitiae, & ob non factam relationem claram,
& specificam Sanctissimo, de minore, pupillo
orbato, vidua & aliis miserabilibus personis,
contra quos impetratur rescriptum, probant in
terminis Marchesan. de commissionibus, tom. 2. de
commiss. uocatoriis, caus. §. 2. à num. 1. & n. 155.
Scaccia de appellationib. quest. 7. sub num. 171.
videndi quia rectè loquuntur: debent enim om-
nium obstantium fieri Papae specifica, vera, &
clara relatio, ita vt veritas etiam telata, tamen
sub inuolucro verborum non sufficiat, vt latius
ad finem conclusionis, 4. à n. 94. & seq. & haec
subreptio insit in damnatum publicum ex DD.

citatis 1. p. c. 13. n. 65. & sic retentio procedit,
vt in dict. cap. 8. probauimus.

Quarta conclusio erit, inhibito Rotalis ex-
pedita super re iam iudicata, & aut tribus con-
formibus vigore tertiae appellationis retinetur
in Senatu, quia est contra ius, inferitur pra-
iudicium publicae utilitati, quom conclusionem
(cum in facti contingit habuissimus) vali-
dissimis fundamentis defendimus.

Impetrata rescripta (inquit Imperator) non
placet admitti, & si decisa semel causa fuerint iu-
diciali sententia, quam prouocatio nulla suspendit:
sed eos, qui talia rescripta meruerint; etiam limi-
ne iudiciorum repellit, &c. in l. fin. C. sententiam
rescindit non posse, & in l. causus vel lites transa-
ctionibus legitimis finitas Imperialis rescripto re-
suscitari non oportet. C. de transactionibus, text.
etiam in l. fin. C. de erroribus advocator. l. cum i-
bi. C. de iudiciis, l. terminato. C. de fructibus &
litiis expensis.

Rescriptum enim contra rem iudicatam, aut
iures conformes, & quatenus est impeditum
executionis & effectus earum contra ius, & ab
eo reprobatum, vt in rubro & nigro. C. ne liceat
tertio prouocare; & propterea tanquam inuoluntum,
& & iniuriè admitti non debet. l. rescripta, &
authentica, quae supplicatio. C. de precibus Impe-
ratori offerendis, l. probatorius, C. de diuersis offi-
ciis, lib. 12. Authentica, vt diuina iustiones, cap.
fin. collatione 8. cap. super litteris, de re scriptis.
Caballinus milleloquio 992. Tepatus lib. 1. va-
riar. tit. de executione sententiae, column. 9. in prin-
cip. Anton. Sola ad decret. Sabaud. tit. de conclus.
in caus. parte 3. gloss. 1. num. 7. Trentacinquius
lib. 1. tit. de re scriptis, resolut. 6. num. 1. Ponte
consil. 1. num. 72. & de potestate Proregis, tit. de
abundantia ciuitatis. §. 3. num. 14. Berdazius consil.
criminal. 478. num. 20.

Quia rescriptum super tertia appellatione
nec tenet, & nec illud potest Princeps, seu Pa-
pa de ordinata potestate concedere, text. in cap.
tua nobis, de appellationibus, & aliis per Mar-
chellanum in tractat. de commissionibus, part. c. 3.
num. 30. fol. 30. & part. 2. cap. 1. volum. 4. num. 1.
2. & 3. fol. 355. Cagnol. in decret. Montiferra-
ra. 14. gloss. 9. fol. 124. nouissime Antonin. Amat.
variar. resolut. 6. num. 4. & à num. 2. nisi per spe-
ciale privilegium tertiam appellationem & con-
cedat Princeps de plenitudine potestatis, Mar-
stril. de magistratib. lib. 3. cap. 4. num. 388. &
num. 391. volum. 1. Scaccia de appellationibus,
quest. 17. limitat. 1. num. 3. & sequentibus. Ro-
dulf. de absoluta Principis potestate, cap. 3. num.
16. Mota decis. 42. num. 19. Trentacinquius va-
riar. resolut. lib. 2. resolut. 15. de appellationibus,
num. 11. & alij plures citati ab Amato vbi pro-
ximè à num. 5.

Et hinc est, vt omnes Doctores de littera-
rum retentione tractantes & pro notissima con-
clusionem affirmant, eas retinendas fore, quae
contra ius fuerint expeditae, deuenitque à tra-
mitte iuris, cum talium executio suspendi de-
beat, nec illae adimplende iuxta text. singu-
latem in l. rescripta, l. C. si contra ius vel utili-
tatem publicam, cap. rescript. 21. quest. 2. & in
specie est text. in dict. l. fin. C. sententiam rescin-
di non posse, ibi: Non placet admitti, l. final. C.
si contra ius vel utilitatem publicam, ibi: Vt nul-
lum rescriptum, nullam sacram admonitionem, qua
generalis iuri vel utilitati publica aduersa esse vi-
deatur,

deantur, in discepcionem cuiuslibet litigij pa-
tiantur proferri, textus optimus in Authen. vt
nulli iudicium. §. hoc vero, dum loquens de sus-
pensione horum rescriptorum inquit: Si vero
contra legem, aut contra publicum facta sunt, hac
pro non scriptis esse iudicemus. Ripa & omnes in
cap. si quando, num. 16. de re scriptis. Fabius
Anna consil. 60. num. 42. Berdazius consil. crimi-
nal. 478. num. 21. Giurba decis. 7. num. 1. &
sub num. 6. & Nos abundè supra 1. part. cap. 3.
à num. 1. cum sequentibus, & in terminis quod
rescriptum Principis super re iudicata, & ex
quo executionis sit impeditum, non debet
admitti; probant Rebussus ad Regis constit.
tit. de supplicat. num. 41. & tit. de arrestis, ar-
ticol. 1. gloss. 1. num. 4. Valasco conclus. 51.
num. 29. Anna singulari 458. Tufchus tom. 7.
littera R. conclus. 314. num. 7. & 12. Petrus
Gregor. Tholoian. de appellation. lib. 1. cap. 6.
num. 5. Anton. Sola ad decreta Sabaudia, tit. de
appellat. gloss. 15. num. 3. Carolus de Tapia de
iure Neapolitan. lib. 2. tit. de officio Sacri Con-
cily, pragmat. 5. num. 1. Marful. ad Capicium
decis. 169. num. 4. Tepatus lib. 1. variar. tit.
de executione sententiae, column. 9. in princip.
Pontè de potestate Proregis, tit. de abundantia
ciuitatis §. 3. num. 14. plenè Antonin. Amato
resolut. 6. num. 3. & num. 6. 7. & 8. qui per plu-
rimos & loquitur de rescriptis contra tres con-
70 fomes, & quia est contra ius. Giurba decis. 1.
71 num. 2. & 3. Fachinus controuersiar. iuris, lib. 3.
cap. 49. plenè Fabius Anna consil. 62. num. 36. &
72 quatinuoluntum, durum, & incivile est. Gail-
lian. conf. 27. num. 98. Baldus consil. 396. vol. 3.
Tufchus littera R. conclus. 219. num. 9. Giurba
73 decis. 7. sub num. 1. & est odiosum; & vt per
plures ipse, num. 2.

Et quando rescriptum Principis apparet iniu-
74 ritum, & durum seu asperum, nec debet exequi,
nec admitti; sed potius suspendi, & detineri,
provt loquendo in bullatum reuentione, affir-
mant ex Cardinal. conf. 142. Sanctissimus Domi-
nus Palacios Rube. in tractat. de benefic. va-
cant. in Curia à princip. Azoued. in l. 14. ex
num. 33. cum sequentibus. tit. 3. lib. 1. Recopil.
Felin. in cap. nonnulli, num. 9. & 14. de re scri-
ptis. Didacus Perez lib. 1. ordinament. tit. 4. 29.
gloss. 1. versicul. Vnde contra praedictum rescriptum,
pag. 52. Lancellotus Conradus in Templo om-
nium iudicium, lib. 1. cap. 1. §. 4. tit. de praesentia,
& potentia Imperatoris, versicul. Obedire ei
omnes debent, num. 16. fol. 91. Couartou. practicar.
cap. 35. num. 6. Alphonfus Oxeda de beneficia-
rum incompatibilitate 1. part. cap. 21. num. 5.
Ioannes de Segura Dabalos in directorio iudi-
cium Ecclesiastico, 2. part. cap. 5. ex num. 3.
Hieronymus Partoles in scholiis ad Molinum,
in §. consultation. & in num. 17. & per plures,
quos congestimus supra 1. part. cap. 3. per
totum.

Igitur inenitabilis videtur retentio in Senatu
75 inhibitionis expeditae & in Rota super re iudi-
cata, & tribus conformibus, & contra ius exor-
bitans, iniusta, & dura, quatenus impedit effec-
tum, & executionem earum.

Et ex hac causa legitima alia insuper subori-
76 tur, & publicae prauidicij & damni, quo prin-
cipaliter salubre huius retentionis nititur refu-
gium, vt per plura iura & Doctores probaui-
mus supra 1. part. cap. 5. per totum, velle enim

rem iudicatum catere effectum, & sitque esse im-
77 mortales, Reipublicae est contagium, quod
omni conatu Princeps caute tenetur, ne vassilli
sui discordis, & sumptibus vexentur, vt do-
cet Cicero de legibus, lib. 1. ibi: Et ea salus li-
tium multitudinem maximo opere leditur, ideo ad
conservationem illius multa quidem excogitantur, &c.
Flaminius Patricius de resignat. beneficior. lib. 11.
quest. 1. à num. 27. ibi: Et ideo concernit pub-
licam utilitatem ex eo, vt lites finiatur. Bald.
in l. 1. in §. notabili. C. de nouo Codice componend.
& in l. 1. ff. de furtis. Alexand. consil. 190. co-
lumn. 2. lib. 2. & consil. 171. column. 3. lib. 7. nam
elari iuris est, extinctionem litium ad conser-
uationem congregationis humanae pertinere,
&c. ad quod plura congestimus hac 2. part. c. 1.
à num. 7. cum sequentibus, omnino videnda, &
applicanda.

Si enim ad rei iudicatae suspensionem ex-
pres-
sum principis rescriptum non sufficit, & cum
78 nihilominus istud nec admittitur, nec exequi-
tur, sed potius suspenditur, & retinetur, vt late
probant Doctores superius citati à num. 62.
cum sequentibus, & copiosè Marius Giurba de-
cis. 7. per totum, cum ad hoc & vt tale rescriptum
79 adimpleatur, duo praecisè requirantur, nempe
certa Principis scientia rei iudicatae, & quod
simul ipse plenitudine potestatis utatur cum
clausula non obstante, vt notarunt Apostilli. ad
Guidonem Papae decision. 420. post Baldum in l.
nam ista Diuus. quest. 1. ff. de adoptionib. Alexand.
consil. 2. column. 5. volum. 1. Tepatus variar. reso-
lution. tit. de executione sententiae, versic. Senatus.
Tufchus littera R. conclus. 314. num. 13. Anna
allegat. 49. num. 8. 9. & 10. Trentacinquius lib. 1.
tit. de re scriptis, resolut. 6. 9. & 10. Antonius
Gabriel tit. de clausulis, conclus. 1. & 2. per to-
tam. Marilian. decis. 20. & 5. Ponte consil. 59.
num. 30. & consil. 55. num. 4. Anton. Sola ad de-
creta Sabaud. tit. de appell. gloss. 15. num. 3. & in
tit. de conclus. in causa, part. 3. gloss. 1. num. 8.
Giurba decis. 7. num. 7. cum sequentibus. Antonius
Amato variar. resolut. 6. num. 10. & num. 3.
cum multis sequentibus, & aliter nec etiam per
in directum valet, ipse Giurba, num. 6.

Quanto igitur minus valebit rescriptum ob-
tentum, & impetratum super re iudicata, aut
81 tribus conformibus absque earum scientia Prin-
cipis, cum vt plurimum subreptitè, & falsa
relatione soleat impetrari tacita veritate rei iu-
dicatae, vel sub tot verborum inuolucro narrata,
vt veritas Papae occultetur, & inde dolosam
suum intentionem consequatur impetrans im-
pediendi, & protractandi rei iudicatae execu-
tionem finitira hac relatione vtens, ne in com-
missionem solite apponantur clausulae execu-
tionis praeseruatuae sine prauidicio legitime execu-
tionis, aut parito iudicatio, quae nullatenus omittit-
tuntur in Romana Curia, quando ex vera rela-
tione impetrantis apparet de re iudicata, tribus
conformibus, aut via executiua, & annotant
Clausulit omnes, & latissi ne Hercules Mare-
scotus variar. resolut. lib. 1. cap. 86. per totum, &
cap. 87.

Debet etenim Sanctissimo fieri clara, specifi-
ca & indiuidua relatio rei iudicatae, & aut trium
conformium, aliàs rescriptum seu commissio
est subreptitia, quia rem iudicatam per rescri-
ptum Principem euertere velle, non creditur,
text. expressus in cap. exposita, de arbit. vbi
82 gloss.

gloss. & Doctores, Felin. in cap. super litteris, num. 14. vbi Beronius num. 72. de rescriptis, alios recenter, Cranetta consil. 79. num. 2. Barbata consil. 46. col. 2. lib. 2. & consil. 10. col. 3. lib. 3. Neufil. 46. col. 2. lib. 2. & consil. 10. col. 3. lib. 3. Neufil. 2. Centur. 2. cap. 102. num. 46. alios citans num. 45. Matta elan. lib. 174. in fin. part. 1. & fuit dictum in vna Abulensi Capellanis. 21. Aprilis 1602. coram Cardinali. Lancelloro Iuniori, & in alia Toletana Beneficij 14. Nouembris 1605. coram Iusto, impressa penes Marchelanum de commissionibus, tom. 1. fol. 384. Oliacius Beltramin. in annotationib. ad Ludouic. decisio. 2. num. 17.

Maxime, si ipsa tertia appellatio à tribus conforibus emissa f. fuisset iam introducta per eundem appellatorem in alio Tribunali, puta Nuntij (vt in eadem lite vertente considerabamus) de qua introductione nisi Papa fiat expressa relatio, commissio super appellatione impetrata est subrepticia, nec ex ea Auditori Rotæ acquiritur iurisdicatio, cum Papa ignarus de pendentiæ litis coram alio iudice eam auocare non censetur; ita eleganter dixit Gloss. in cap. prudentiam. §. sexta. de officio Delegati, & ibi Abbas num. 5. Barbata consil. 20. colum 3. cap. 46. colum 2. lib. 3. Felinus cap. super litteris, num. 12. de rescriptis, qui post Rotam decis. 14. de rescriptis, in antiquis, & Thomam Faltholum dubio 64. eodem die: scribit non valere commissionem specialem factam in Curia, f. non facta mentione, quod causa alibi introducta erat, & vide infra num. 87. & segg. Bellameta decis. 64. dicens rescriptum committens causam Auditori in Curia esse subreptitium, si non est narratum litem introductam in partibus, latè & singulariter Menochius de arbitrariis, dist. casu 102. n. 34. cum sequentibus, probant insuper Rota Faltholi decis. 1. causa Philippus Franch. in cap. vt deibus, num. 34. de presumptionibus. Agidius deibus, cap. 66. excepti. vbi mirabiliter dicit, f. quod talis commissio ipso iure sit nulla, nisi fiat ex certa scientia Papæ. Afflictiis decis. 8. pulchrum, & decis. 220. in causa, num. 14. & sequentibus. Milis in verbo, si est impetrata. Parilius consil. 74. Gratian. num. 15. lib. 4. Lancellorus de artemat. 2. part. cap. 4. in prefatione, num. 631. & sequentibus, quia licet Princeps tacite, f. & expressè valeat ad libitum auocare ad se causas siue incipiendas, siue ceptas coram aliis iudicibus inferioribus, cum hæc sit sua Regalia, vt post alios Rebuffus in tractatu de auocatione, quest. 5. à num. 4. & sequentibus, Boerius in tract. de ordine graduum, 2. part. à num. 57. Belluga in speculo Principum, rubric. 23. §. sed pone, num. 6. & sequentibus. Guido Papæ decis. 440. Iacobus Callicius in margar. Curiarum, dubitat 8. versic. 64. cum sequent. Auendan. de exequend. mand. lib. 1. cap. 19. Peguetar in practico. tit. de auocation. causar. ad Regem, ex num. 1. cum sequentibus. Pontede potestate Proregis, tit. de abundantia ciuitat. §. 1. num. 16. & 19. decisio. 36. num. 12. Cabedus decisio. 85. num. 5. & sequentibus. Fontanell. de pactis nuptialibus, tom. 1. clausula 4. gloss. 10. part. 1. num. 155. Cancercius vvariar. resolut. tom. 3. cap. 10. num. 8. Carolus de Tapia decis. 1. ex n. 9. cum pluribus sequentibus. Azued. in l. 45. tit. 4. lib. 3. Recopilat. num. 3. & sequentibus. Marchelanus de commissionibus, p. 1. 2. cap. 4. de commission. auocat. causar. fol. 46. vbi latissime Hieronymus

Gonzalez ad regulam 8. Cancellaria gloss. 12. per totam. Callicius de fisco, dubitatio 8. prerogatiua 64. Seraphinus decis. 948. per totum. Bobadila in Pellicia lib. 2. cap. 16. num. 100. & quatuor sequentibus, Scaccia de iudicio, cap. 66. ex num. 11. cum sequentibus, magistraliter Couarru. practico. cap. 9. per totum, Mastrillus de magistratibus lib. 3. cap. 4. ex num. 248. vsque ad 258. & in cap. 4. num. 160. & sequentibus & decis. 127. & 128. per totam, & decis. 286. num. 9. & sequentibus. Calixtus Ramirez de lege Regia §. 25. ex num. 19. & 20. cum sequentibus. Narbona in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recopil. tom. 3. ex num. 195. vsque ad 185. vbi de expressa & tacita Principis auocatione.

Hec tamen quæuis auocatio debet fieri sciente Principe f. pendentiis litis coram iudice inferiori, aliis si litis status, & pendentiæ coram alio iudice non nartetur Principi, non presumitur voluisse causam auocare, nec commissio alteri facta transfert iurisdictionem; ita per text. in cap. causam, de officio Delegati, cap. inter Monasterium, de re iudicata, per Rotam, Stapheleum, & Philippum Franch. probat Vestrius in practico. Romana Curia lib. 3. cap. 9. num. 5. & 6. vbi inde rectè inferit, f. necdum causam non confert auocatam; sed & commissionem, & omnia inde sequuta coram nono iudice esse nulla ipso iure, f. & in istis etiam terminis determinauit Rota in vna Laudens. pecunia coram Pamphilio, adducta per Marchelanum de commissionibus nullitate Sarato, post §. 1. part. 3. tom. 3. folio 20. vbi à principio dicitur, quod cepto iudicio coram iudice competente, & non facta litis relatione; commissio impetrata alteri iudici, istius processus, & sententia sunt nulla ipso iure, aded vt nullitas huius sententiæ influat in alias, quæ illam priorem confirmant, quæ est singularis decisio, & probant Doctores superius citati à num. 81. nam ad huiusmodi auocationem non debent, f. nec solent Principes moueri nisi ex magna, & urgenti causa, atque necessitate interueniente, nec de facili auocare licet; afferret enim Reipublicæ magnum detrimentum, & partis intollerabile præiudicium, vt rectè cum Castren. obseruauit Couarru. dist. e. 9. n. 1. ante finem, & cum Auendano, Ponte & aliis Don Garcia Mastril. de magistrat. lib. 3. dist. c. 4. n. 151. & 252. & decis. 286. n. 9. & 10. part. 2. Marchelan. de commissio. 4. n. 7. & 86. n. 29. & 35. Carolus de Tapia dist. decis. 1. num. 12. vbi quod auocatio sine magna f. causa partem lædit, & cedit in contumeliam iudicis, quide causa cognoscere cepit, provt ibi, n. 16. Scaccia de iudicio, lib. 1. dist. c. 66. à n. 11. & n. 21. vbi congerit causas, ex quibus auocatio fieri potest. Narbona vbi proxime ex n. 195. doctè & eleganter plura congerens D. Ioan. de Castill. nouissime in tract. de tertis. c. 41. à n. 123. videndus à num. 121.

Et quod Princeps inficius causæ pendentiis coram iudice inferiori f. non censetur auocare eandem; probat D. Cardus de Tapia dist. decis. 1. n. 3. & segg. & n. 15. quod Princeps inficius non censetur præiudicare voluisse processui inter partes agitato, nec iurisdictioni ordinariæ impedimentum, & obstaculum appofuisse; sequitur dict. Castillo vbi proxime n. 115. qui n. 124. rectè ex Doctores inferit, f. auocationem esse odiosam, & propterea restringendam, quatenus tollit præuentionem, & prohibet iudicem pronuciare de

de eo, de quo cognoscere cepit, aut de quo iure Ordinario cogniturus erat, quod cederet in iniuriam iudicis inferioris, vt dictum est.

Quare ex prædictis & aliis pluribus considerationibus diximus in facti contingentia; f. retentionem faciendam legitime in Senatu inhibitionis Rotalis expedite virtute commissionis obtente super tertia appellatione à re iudicata, & tribus conformibus emissa, non facta Papæ vera relatione eorum, nec sufficere sub inuolucro verborum facta, quoniam idem est est omnino tacere veritatem Principi, vel eam obsecrè, & sub inuolucro verborum narrare, iuxta singularem doctrinam Innocentij in cap. cum dilecta, num. 3. de rescriptis, dicentis litteras subreptitias dici quando per aliquorum operam factum est, quod effugiat plenam intelligentiam Papæ, quod menti tenendum dicit ibidem Abb. num. 7. afferens id fieri, quando sub inuolucro verborum effugiunt deliberatam Principis conscientiam, vbi Felin. col. 2. vers. Tenementi. Ias. in l. prescrip. num. 2. C. si contra ius vel utilitatem publicam, Socin. Iun. consil. 77. & 97. vers. Et si dicatur, volum. 1. Curtius Sen. consil. 85. num. 27. 49. & 76. vers. Nunquam esse, vbi dicit, quod sub f. inuolucro verborum non potest apparere de voluntate deliberata Principis. Grammaticus decis. 66. num. 18. Menochius de arbitrariis, cas. 202. ex num. 69. & casu 203. ex num. 3. Ripa in cap. ad aures, n. 15. f. de rescriptis, dicens, f. quod expressio facta sub inuolucro verborum rescriptum vitiat, licet omnimodo taciturnitas. Thomas Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disputat. 21. num. 1. ibi: Obreptitiam verò, f. quando per verborum inuolucronem, aut cautam loquelam, puta, ironiam, vel calidam effugiunt delib. etiam concedentis conscientiam, ac plenam eius intelligentiam, &c. aliquot quamplurimos Doctores congerit, & post, ibi: Conferunt subreptionem esse, quoniam veritas taceatur, vel per confusam ac perplexam eius narrationem occultatur, &c. & iterum n. 5. idem reperit, sic Nos intelligimus illa verba, l. 36. tit. 8. part. 3. ibi: Si carta siue ganada diuendi mentis, & encubriendo la verdad, non debe valer, &c. vt idem sit mentiti, vel veritatem cooperere, & obsecrè narrare.

Conducitur ad propositum doctrina Aimonis consil. 68. num. 10. ibi: Iste impetrans f. similis fuit infirmo seu vulnerato, qui chirurgo vulnus detegerere noluit, & ob id mortuus est, detegerere enim debet impetrans vulnus omne Principi, id est, omnia obstantia ipsi impetrationi, ita quod appareret de voluntate rescribentis eum intellexisse rem omnem clarè, & specificè, alia non intelligitur dispensasse, &c. ita similiter argumentatur Bald. consil. 204. longam them. in finalibus verbis, lib. 3. vbi plura allegat.

Nec hanc subreptionem citari posse, diximus in præfata negotij contingentia; f. quod ab impetrante replicabatur, non adesse tres conformes ex eo, quod vna non confirmabat expressè aliam, licet quælibet mandaret exequi instrumentum gaurentigiarum pro summa petita, cui satisficimus, quia in sententia nulla est descripta certa forma verborum, nec requirit expressam reuocationem, aut confirmationem sententiæ, sed potius sufficit clara iudicis intentio super negotio de quo agitur, probant Paulus de Castro consil. 16. num. 6. ibi: Sed ista non est bona allegatio, nam licet iudex appella-

tionis non pronunciet bene, vel malè appellatum, vel pronuntiatum: si tamen ponit verba æquipollentia, & idem importantia, sufficit; puta, si iudex prima causa condemnauit, iudex verò appellationis absoluit, nam per hoc videtur pronuntiare malè iudicatum, & bene appellatum, quia ista sunt æquipollentia; hoc probat primo, leg. Præfes in vna glossa non haberi. Cod. de sentent. & interloqui. omnia iud. nam licet sententia debeat continere condemnationem vel absolutionem, vt ibi dicitur in text. sufficit quod contineat æquipollentem, vt ibi gloss. non enim refert quid ex æquipollentibus fieri, l. cum apud. ff. de minoribus; leg. Amilius Larianus, in quibus habetur quod dnm iudex primus absoluisse, iudex appellationis condemnauit, nec aliquid dicitur, quod pronuntiauerit super iustitiam, vel iniustitiam appellati, & tamen valet, &c. quod etiam comprobatur Scaccia de appellationibus, quest. 11. num. 12. vbi quod ex sola pronuntiatione superioris bene appellatum necessario infertur ad malè iudicatum.

Latè etiam profecquitur post plures alios Vantius f. de nullitatibus sentent. ex defectu processus, num. 92. Scala de consilio sapiens, lib. 4. cap. 15. tom. 3. part. 1. fol. 349. Scaccia de appellationibus, quest. 4. à num. 19. vsque ad 22. & magis ad longum in tract. de sentent. & re iudicat. gloss. 14. quest. 28. à num. 9. cum sequentibus, & sub n. 10. ibi: Quia non refert quibus verbis citatur iudex in pronuntiendo, dummodo ipsius intentio ex illis percipiatur, quia mens est attendenda, vt ex Vario & Paschali Scala sequuntur sum dist. quest. 4. num. 21. qui loquuntur in sententia, &c. vbi plurima reddit exempla.

Et quod confirmatio aut reuocatio sententiæ inferatur tacite, f. quando alia fertur idem continens, aut directè repugnans, licet expressè non dicatur in ea, primam confirmari, aut infirmari; probant Innocentius in cap. dilectus, de appellationibus. Albericus in l. hoc indicat. col. 1. in fin. versum. In iudicio. ff. de familia erisende. Felin. in cap. cum inter, num. 12. de appellationibus. Nicellus regul. 191. num. 7. Rota decis. 12. de appellationibus, in antiquis. Carrdeus exceptione 130. num. 24. & 25. vbi etiam num. 45. dicit, f. quod sententia cassata in parte, in alia censetur confirmata, sicuti si statuti cassantur aliqua capitula, cætera tamen confirmata ex l. Tribunus. §. fin. ff. de testamento militis, cuius textus singularem decisionem late exornat: Baldus ibi, quam ita sumat: Emendatio vel correctio in quibusdam est ceterorum confirmatio, ibidem Baldus in l. edito, num. 14. Cod. de edito. Dini Adriani tollendo. Ioannes Monach. in cap. statuto, numer. 5. de rescriptis, in 6. & in cap. solet, num. 10. de sentent. excommunicat. lib. 6. Rota decisio. 5. de rescriptis, in antiquis. Hieronym. Gonzalez, in regula demen. & alternat. gloss. 54. num. 14. qui num. 15. dicit, quod correctio in quibusdam est in reliquis confirmatio: faciunt scripta, per Bartol. Bald. Angelum, Castren. & Immoletum in leg. legata inutiliter, in fin. vbi Florianus de Sancto Petro num. 23. & sequentibus. quod si fuit alicui data potestas, & commissio reuocandi statuta, qui quædam improbat, cætera confirmate videtur, ex dict. leg. Tribunus, §. 1. Rolandus à Valle consil. 31. num. 21. qui alios laudat, & num. 22. & 25. volum. 4.

plura

plura congerit similia D. Ioannes Baptista Velasquez in cons. 151. à num. 40. cum sequentibus, tom. 17. & per eundem text. resolutur, quod ubi feudum fuit in aliquibus ex partibus, vel concedentis dispositione alteratum, non ideo novam in totum assumit formam; sed imò in non alteratis antiquam retinet naturam, per Iserniam in cap. 1. ubi alij quoque de feudo non habent. propr. naturam. Romanus consil. 70. n. 2. Decius consil. 193. col. pen. Curtius Senior, in tractatu feudorum, part. 1. quest. 6. col. 6. Pasif. consil. 23. num. 26. volum. 1. Lofredus consil. 1. num. 168. Sardus consil. 445. à num. 58. lib. 3. & in consil. 63. num. 29. post Bald. Socin. Neuzia. Nat. Roland. Menoch. & Beccium, & si vna pars supplicationis facit confirmata tantum, & concessa, cetera intelliguntur reprobata & reiecta Seraphinus decis. 467. num. 6. ex Patifio consil. 20. num. 15. lib. 1.

103 ad hoc ut sententia dicantur conformes; & requiritur quod conueniant in formalitate, & identitate verborum, nec in modo, sed sufficit conuenire in substantia, & effectu, & quod omnes tendant ad eandem finem, sicut nec est necesse, quod confirmetur expresse, ut post plurimos Doctores, & decisiones probat Rota in vna Montis Regalis iurisdictionis, 1. Iulij 1605. coram Penna, ibi: Rota de re iudicata contra re censuit, quia verè aderant tres sententia Rotalis ad fauorem Archiepiscopi Montis Regalis, quae in omni materia constituunt rem iudicatum, l. 1. C. ne liceat tertio prouocare, & maxime in hoc casu, in quo praedictae tres sententiae respiciebant idem ius, & eandem causam iuris Metropolitanici, ex quibus praecipue constituitur res iudicata, l. cum queritur, cum duabus sequentibus, ff. de exceptione rei iudicatae. Vetallus decis. 93. part. 3. & erant conformes in substantia, & in effectu subiectionis ad fauorem Archiepiscopi, quod sufficit ad effectum, ut sententiae dicantur, & sint conformes, Socinus Iunior consil. 74. num. 1. & 2. lib. 2. Ruinus consil. 114. num. 10. & 13. lib. 5. Gabriel titulo de exceptione rei iudicatae, conclus. 1. num. 33. Thesaurus decis. 112. & decis. 228. num. 2. & saepe Rota censuit in pluribus casibus, & signanter in vna Romana successione coram B. M. Orano 23. May 1597. atque inde mox inferebatur, locum fuisse executioni. Clement. 1. de sentent. & re iudicatae, nec ad rem pertinebat, quod tertia sententia lata non confirmat expresse duas primas sententias; & quia cum similiter esset ad fauorem Archiepiscopi super iure Metropolitico, & in substantia contineret idem, quod duae priores; cum conueniebat super facto principali valida fuit, & cum illis conformis, ut notabiliter dixit Baldus in l. creditor. §. cum de solutionibus, nam ad effectum, & ut sententiae non dicantur conformes, opus est, ut adit difformitas circa substantiam, vel qualitatem principalem. Alexander. consil. 77. num. 3. versicul. Sicut ego, lib. 2. & fuit resolutum in causa Romana successione, die 23. May 1597. coram B. M. Orano, &c. quam decisionem integram adduximus supra hac 2. part. cap. 13. à num. 76.

Idem etiam affirmat Scaccia, & alij per Nos citati in tractat. de Regia protectione, 3. part. cap. 16. à num. 25. quibus adde Rotam, ut per Fatinacium in posthum. tom. 1. decis. 552. num. 9.

& Thesaurum in locis in dist. decisione allegatis.

106 Ex quibus concludenter resoluendum erit, commissionem, & inhibitionem Rotalcm super tertia appellatione, aut re iudicata, aut tribus conformibus emissa retinendam in Senatu, cum sit expedita contra utilitatem publicam, & praedictum iuris tertio quaesiti, ne illis vtiatur pars.

107 Et erit aduertendum, quod inhibitiones (de quibus in singulis quatuor conclusionibus adscriptis à principio huius cap.) & sunt retinendae in Senatu ne illis aliquomodo vtiatur impetrans iuxta late tradita in 2. conclusione, cap. 26. à num. 33. cum segg. hac 2. part. ne ex vlu carum, & reproductione in Rota exoriantur damna intolerabilia praecauenda, & per Nos considerata ibidem, à num. 51. & segg.

108 Tandem etiam annotandum erit, inter inhibitiones retinendas in Senatu & (quas haecenus à principio huius cap. retulimus) alia connumeranda erit, nempe inhibito emanata super beneficio possessio & obtento ab aliquo ex impro, cum in eo, & super omnibus libris beneficij administrationem tangentibus iurisdictione priuatiua sit Ordinarij, prout late deduximus supra hac 2. part. cap. 15. per totum, ubi à principio quod queris commissio non subscripta propria manu Sanctissimi retinenda erit in Senatu causa huiusmodi Ordinario commissa. Et in specie quod inhibito in huiusmodi casibus sit contra Decretum expressum Concilij Tridentini, ibidem videre poteris à num. 13. cuius verba retulimus.

CAPVT XXXII.

Delegato ex commissione non subscripta super appellatione (quae verè non fuit emissa) procedenti in causa prout in prima vigore clausulae (quam, & quas) inclusa in eadem, vel super articulo separato, an obstat noua Tridentini dispositio, ita ut nihilominus fiat per Senatum Ordinario remissio.

SVMMARIVM.

Commissio impetrata super appellatione, qua non fuit emissa nulla est, num. 1.
Ex commissione super appellatione, qua non extat, potest procedi prout in prima instantia, si habeat clausulam (quam, & quas) n. 2.
Ita ut tunc sententia in gradu appellationis non existens lata prout in prima, sit prima, n. 3.
Clausula (quam, & quas) amittit effectum suum ex Concilio Trident. ex qua non potest procedi prout in prima, nisi commissio sit subscripta manu Sanctissimi, n. 4.
Alia fraus Tridentini. Decreto, cum facile foret impetranti extare legitime appellacionem asserere, ut obtineat commissionem cum clausula (quam, & quas) & effugere iudicium Ordinarij, n. 5.
Clausula (quam, & quas) sapit auocationem, & transfert in Delegatum tacite iurisdictionem super tota causa principali, n. 6.

Auocatio

Auocatio expressa non subscripta non tollit primam instantiam Ordinarij ex Concilio Tridentini num. 7.

Tantum non potest plus operari quam expressum, cum quo datur aequalitas tantum, n. 8.

Extensio sine comprehensione materia in rationis identitate fundatur, non in minoritate, num. 9.

Ad superiorem nisi ex legitima appellatione non deuoluitur causa ante diffinitiuam, & appellatione non existente, perseruet Ordinarij instantia, num. 10.

Clausula (quam, & quas) virtute non potest Iudex procedere prout in prima, quando impetratur commissio super appellatione à diffinitiuam, si de appellatione non constat, & de ratione fundamentali, num. 11.

Rem indicatam non potest Princeps per rescriptum subuertere de ordinaria potestate, n. 12.

Clausula (quam, & quas) Iudex non procedit tanquam in prima etiam de iure communi, nisi deficiant appellatio, & sententia simul, n. 13.

Clausula (quam, & quas) amittit effectum, quo procedebatur prout in prima, nisi commissio fuerit subscripta manu Sanctissimi ex nouo Decreto Trident. num. 14.

Per clausulam (quam, & quas) poterat Iudex appellationis se intromittere in articulo separato & diuerso, iure communi actio, n. 15.

Hodie ex Trident. nullum modo, nisi commissio sit subscripta, quia requiritur nouum iudicium, & nouam instantiam tangentem Ordinario, numer. 16.

Clausula (quam, & quas) amittit suos effectus, si pars aduersa non citetur ad dicendum contra commissionem, num. 17.

Subscriptio manu Sanctissimi non praeseruat effectum clausulae (quam, & quas) quibus in aliquo casu de iure priuatur, n. 18.

Clausula (quam, & quas) non tribuit iurisdictionem in causa principali, quando ab ea emissa fuit appellatio, qua non apparet; sed quando fuit appellatum ab interloquutoria, n. 19.

Et de ratione, num. 20.

INTER varios iuris communis effectus à Neotericis attributos & huic clausulae (quam, & quas) ille vnus quod eius virtute possit Delegatus ad causam appellationis datus nihilominus procedere prout in prima instantia, quando non contiterit appellationem fuisse emissam, quo casu licet regulariter commissio super appellatione (quae vera non extat, nec apparet interposita) sit nulla & inefficax, prout ex pluribus comprobauimus supra cap. 31. à n. 56. & segg.
Tamen quando in praefata commissione appellationis & non apparentis inest clausula (quam, & quas) posse insuper eundem iudicem Delegatum procedere in causa prout in prima instantia, eo quod tacite eandem primam instantiam Papa intelligit auocasse ab inferiore, & in hunc Delegatum transfertur (ut statim à num. 6. dicemus) affirmant nonnulli Doctores, & Rotae decisiones, ut ex Sarnetio in regula de infirmis resigunt. quest. 34. num. 4. Achilles de Grassis decis. 14. alias 30. commissio causa, num. 1. de rescriptis, sequitur (licet sub dubio, & scarpulo) Casar de Grassis decis. 8. num. 5. & Casar

Batz. decis. Bononiens. 47. in causa verrente, n. 37. & 38. Marchelan. de commissionibus, part. 1. de commission. appellat. in Rom. Curia, in verbo, necnon quam & quas, num. 31. in fin. & num. 42. fol. 48. in 2. praemissione. Scaccia de appellationibus, quest. 3. num. 5. & 6. videndus à num. 3. Augustinus Barbola clausul. 121. num. 9. Marta clausula 120. num. 2. part. 1. Rota in Romana Saluiani interdict. 14. Decembris 1596. coram Cardinale Lancelloto impressi per Marchelanum de commissionibus, part. 2. pag. 62. & apud Seraph. decis. 114. num. 2. & 3.

Ita quod sententia lata in gradu appellationis, & quae non apparet, nec extat, sustinetur tanquam in prima, & ac si in prima instantia lata fuerit, & uti prima sententia sustinetur, Achilles dist. decis. 14. Grassis decis. 5. num. 5. de rescriptis, Sarnet. dist. quest. 34. num. 5. versicul. Et hoc vltimus. Seraphinus decis. 124. num. 2. & decis. 1232. num. 3. Barbola dist. clausula 121. num. 12. & fuit dictum in vna Paensis Communicatus 17. Iulij 1615. coram Vbaldo Senio, impressa per Fatinacium decis. 731. num. 5. part. 2. recent. declarata tamen prout à num. 10. & segg.

Hodie tamen iste nostrae clausulae effectus penitus euanuit stante & noua dispositione Concilij Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 10. quo expresse sublatae sunt omnes auocationes in prima instantia, quae propria manu Sanctissimi non sunt subscriptae, ideoque si commissio appellationis legitime non substat, eo quod non constat de appellatione, aut de sententia interloquutoria continente grauamen irreparabile, vel diffinitiuam vim habente iuxta determinationem eiusdem Tridentini. Iudex ipse Delegatus non poterit se intromittere in causa, procedendo tanquam in prima, in praedictum Ordinarij iurisdictionis, & colligantiam, ut diximus saepe, nam ex hac via fieret notissima fraus Concilij Tridentini Decreto, & cum in facultate esset cuiuslibet volentis effugere iudicium, & hoc quaesito colore, primam Ordinarij instantiam eaertere: quippe cum agnoscat quod directe non potest id consequi, facile ei foret fingere, & falsò supponere sententiam iam ab Ordinario latam, & appellationem à se emissam, ut obtineat commissionem cuiuslibet iudici super ea; ad hoc ut virtute clausulae (quam, & quas) liberè procedat, & cognoscat in prima instantia, quas fraudes iura non patiuntur, imò abhorrent; & quod vni via prohibetur alicui, ad id alia admitti non debet, ex vulgari iuris regula.

Tum etiam, quia si aliqua ratione Doctores citati, & num. 2. & 4. hunc attributum effectum huic clausulae (quam, & quas) ca potissimum, quia per eam tacita inducitur auocatio, & translatio iurisdictionis super tota causa & negotio principali, quia dicta clausula sapit auocationem à iudice inferiori. Hondecius consil. 27. num. 44. & 45. Menochius consil. 787. num. 31. Augustinus Barbola in clausula 121. num. 14. & 15. & videndus num. 2. & 3.

Sed sic est, quod nec expressa auocatio in prima instantia non subscripta & propria manu Sanctissimi potest hunc effectum operari, ut probat manifestè dist. Concil. Tri. dist. 120. Ergo eo carere debet penitus ista clausula, & quia tacitam non potest plusquam expressum operari, Beccius consil. 37. num. 24. Borcius consil. 174. lib. 1.

Qq